



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Stella Mystica

Bonald, François

Coloniae, 1607

Quo cum affectu Angelus Gabriel B. Virginem salutauerit, & quomodo in
eo imitandus sit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10014

attentione id agas, considerabis hanc salutationem Angeli præcellentissimi atque salutis animarum cupidissimi ore fuisse pronunciatam.

GABRIELIS ORE.

Quo cum affectu Angelus Gabriel Beatam Virginem salutauerit, & quomodo in eo imitandus sit.

CONSIDERATIO.



Legatio tantò præclarior & acceptior est, quantò Legatus illustrior, & muneri quod obire debet accommodatior est. Considera igitur Anima Christiana, nuncium illum qui à DEO ad virginem missus est non fuisse hominem mortis legibus obnoxium, sed Angelum immortalem: nec Angelum qualemcunque sed vnum ex nobilissimis & summis sui ordinis spiritibus, Summū enim, vt Magnus Gre-

Greg. hom.
24. in Euā.

gorius docet, Angelum venire dignum fuerat, qui summum omnium nuntiabat. Nomen eius erat Gabriel, quod interpretatur *fortitudo DEI*, nomen valde congruens tantæ legationi. Agebatur enim de naturæ diuinæ cum humana conjunctione: de potentissimorum qui vnquam in mundo fuerunt tyrannorum sub iugum missione: de hominum ad Angelicas sedes sublimatione: quæ profectò sine diuina virtute ac fortitudine perfici nequibant. Archangelus itaque Gabriel hanc tulit ad virginem salutationem. At quo cum affectu & quanto eum salutis humanæ desiderio illam pronunciauerit, quis explicet? Beatissimus hic spiritus manifestè cernebat, hanc virginem hominum atque Angelorum Reginam futuram esse: quare ad locum in quo illa manebat perueniens profundissima prius inclinatione illam honorauit. Cōsiderabat præterea immanem & truculentam illam stragem, quàm leones infernales in animas ad im-

Luc. 2

Quāto cum affectu Angelus Gabriel Mariam salutauerit.

ginem DEI conditas exercebant, ac proinde ingenti earum tactus commiseratione, atque salutis eorum sitientissimus legationem suam cum ardentissimo mentis affectu atque deuotione Beatæ virgini exposuit, vt illa incarnationi filii DEI, à qua humani generis redemptio dependebat, assentiretur. Hinc coniiicere atque intelli-

*Angeli quã
bene nobis
affecti sint.*

gere potes, quàm bene Angelus hic ceteriq; beati spiritus erga homines affecti sint, quantumque à nobis eam ob causam honorari, coli atque obseruari debeant. DEVS etenim pro immensa sua bonitate vnicuique nostrum vnum ex illis attribuit, qui nos dirigeret, & à malignis spiritibus defenderet, atque in omni euentu malo tutaretur. Hoc B.

*S. Hier. lib.
3. in Matt.*

Hieronymus sacris literis consentaneum esse docet. Nam in Euangelio Christus cum de paruulis loqueretur, ait: *Dico vobis, quia Angeli eorum in cœlis, semper vident faciem Patris mei.* Præterea in Actis Apostolorum narratur, quomodo S. Petro

Matt, 25.

Apo-

Apostolo posteaquam è carcere per angelum eductus esset, ad ostium domus in qua multi ex apostolis & discipulis Domini congregati erāt pulsanti, cū illis nūciatum esset Petrū ante ianuā stare, respōderint: non ipsum, sed angelū eius esse; indicare volentes se credere S. Petrum, & consequenter oēs homines quendā angelū custodem habere: tā sollicitē pro nobis excubantē, vt nulla nutrix talem curam in puero sibi commissō custodiendo adhibuerit, nec vllus præceptor tam accuratam in discipulo instruendo diligentiam attulerit, quantam hic angelus sollicitudinem & diligentiam ad nos instruendos & conseruandos adfert.

Angelis suis, inquit Psalmista, *DEVS mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis. In manibus portabunt te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum.* Quæ cū ita sint, quam recognitionem, aut quam dignam recompensationem poterimus rependere huic nostro angelo tutelari? certè nulla dies tran-

Act. 12.

*Angelo custodi quoti-
die gratis*

transire deberet in qua ei non gratias ageremus de fidei tutela quam nobis exhibet. Si oues illæ quas Dauid ex ore vrforum & leonum eruit, linguam qua loquerentur habuissent, dubio procul magna cum affectione ei pro tam insigni beneficio gratias persoluissent.

Nos igitur qui linguam habemus gratias referamus angelis, quod nos frequenter ex ore vrforum & leonum infernalium eruerint. Cauemus etiam, ne quid designemus in priuato vel in publico quod oculos eorum possit offendere. Peccata omnia mirum in modum ipsis displicent, inter quæ tamen nulla magis abominantur quàm peccata luxuriæ, ac superbiæ. Luxuria enim contraria est eorum puritati: superbia verò submissiõni & humilitati. Cauenda igitur sunt peccata omnia, maximè arrogantia & incontinentia. Atque vt reuertamur ad archangelum Gabrielem, recta ratio postulat vt illius deuotionem & sanctam affectionem cum qua gloriosam virgi-

gi-

ginem salutavit, imitemur. Hanc enim imitando actus Christiano homine dignos exercebimus: sicque liberius à B. virgine postulare poterimus quæ sequenti versu continentur, videlicet ut in pace & spirituali gaudio nos confirmet, stabiliatque.

FVND A NOS IN
P A C E.

Qualis pax à Deo petenda sit.

CONSIDERATIO.

VT intelligas, Fidelis anima, qualem te à Beata virgine pacem petere oporteat, notandum est illos qui de hac materia specialius differunt, tria nobis pacis genera demonstrare.

Prima est diabolica. Secunda est *Pax tri-*
falsa siue ficta. Tertia est vera. *plex est.*
Maligni spiritus, inquiunt illi, sæpenu- *Diabolica.*
merò pacem inter se constituunt,
sed eo fine ut facilius noceant homi-
nibus. Hæretici confitentur non ra-
rò inter se atque concordant, sed
hoc